



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

B. Juvenis Ægyptius Anonymus. 11. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

II. DEE. VITÆ SANCTORUM. 777
innocentiam infami rumore asperserat ,
à vindice genio obsessa ; non potuit ob-
sidione nisi ab ipsa *Daniele* liberari . Cx-
terum cum cælo uti propinquum , ita fre-
quens illi fuit commercium , sub ultimos
præsertim tres vitæ dies , quibus Cælites
plurimi ad ægrum viserunt . Horum no-
mina prodidit hominis item incola &
dæmon , uti & horam , quâ moriturus
Daniel , & ipse fugandus erat . Obiit ve-
rò anno eccc. lxxxix. In corpore , quod
diu tergmina crux illustravit , tumulan-
do reges laborarunt . Animus fecit , quod
in vitâ jam fecerat ; cælum habitavit . Ex
Metaphr.

Nemo sibi vivat, sed ei, qui pro se mortuus est. Cui enim justius vivam, quam ei, qui si non moriretur, ego non viverem? cui commodius, quam promittenti vitam eternam? cui magis ex necessitate, quam flamas perpetuas minitanti? S. Bern. ep. 143.

B. JUVENIS ÆGYPTIUS ANONY-
MUS. II. *Decembris.*

U T exciderit antiquitati nomen adolescentis hujus, aliud certè sibi & immortale apud posteros peperit. Et videtur etiam hic minus facturus fuisse, si minus peccasset. Et enim Amirani Saracenorum regis favorem ut accuparetur, Christum cum Mahomete mutavit,

778 VITÆ SANCTORUM. II. Det.
vit, & calcatâ cruce, more barbaro im-
ploque sacramentum acinaci dixit. Inge-
nuere ad impium facinus parentes pii,
& pœnitiebat hostem Deo & cruci ge-
nuisse, nec jam heredem volebant, qui
ex asse optimam partem avitam pietatem
nolle. Quod tamen unum poterant,
precibus pro perituro apud Deum age-
bant, scelusque non suum suis lacrimis
plectebant. Et profectò plus lacrimis
parentum filius, quām lacti olim debe-
bat. Instillarunt enim hæ denuò bonam
mentem. Rediit prodigus, & pulchrum
parentum consilium securus, signa, quæ
turpiter abjecerat, crucem inquam, ma-
nu venerabundâ sustulit, & intrepidus
palam iterum ad Amiranum tulit, lacri-
mis interim & gemitibus perorantibus,
quos sæpius intercalaris illa Ecclesiæ vox
Kyrie eleison interpellabat. Illum ergo
cum neque fames aut verbera, neque
carcer aut vincula avellere à cruce pos-
sent, naviculæ Amiranus imposuit ca-
pite minuendum. Ergo animus cæli, ca-
put abscissum urbis portum petuit, redem-
ptumque à Christianis centum aureis, &
argento inclusum diu oleum sudare vi-
sum est, ut vel ex hoc Christi Athletam
agnosceres. Ex Menæis.

Crucem domini semper in mente, in ore,
ut signo tenete, Crux Domini armaturæ
bra contra satanam, galea custodiens ca-
put,

12. Dec. VITÆ SANCTORUM. 779
put, lorica protegens pectus, clypeus tela
maligni, repellens, gladius iniquitatem sibi
propinquare non sinens. Martial. epist. ad
Burdeg.

S. SPIRIDION EP. 12. Decembris.

SPIRIDION ex opilio Cypri Epis-
copus, non vitæ conditionem sed gre-
gem mutavit, omnes pascere solitus,
pauperes præsertim. Itaque serpentem
mutasse in aurum fertur, quò egenti es-
set, unde frumentum coëmeret. Alio i-
tem tempore cum avari animum nullis
precibus expugnare civis indigens posset;
SPIRIDION huic disertis verbis in cra-
stinum annonam spopondit. Neque alii
factum quam dictum. A quarum al-
luvio auctum ex Euclionis granario fru-
mentum ad ipsas inopis ædes detulit,
nullo nec rei nec vesturæ pretio. In fures
etiam non minus beneficus quam comis
fuit. Nempe cum gregem hi direpturi
advenissent, arcana Numinis vis ligato
omnes. SPIRIDION i tradidisset,
erfolvit hic officiosus, & viæ comitem
abeuntibus ultro ambulare arietem juf-
fit. Porro filiam, quam, dum olim in
matrimonio ageret, sustulit, ut defuncta
depositum aurum indicaret, tantisper
tumulo evocavit. Sed & alium morte su-
blatum vitæ & matri reddidit, mox mā-
trem